

# ALFONSI GAR

SIAE MATAMORI HISPA

lensis, & primarij Rhetoris Complutēsis,

De asserēda Hispanorū eruditione,

sive De viris Hispania doctis na

rratio Apologetica, ad Illu-

strissimum Vranig Co

mitem.

ē



COMPLVTI.

Ex officina Ioannis Brocarij

R. Anno. 1593.

D 206 B

EPISTOLA.

3  
 siam: neq; Phocas imperator alio nomine bene,  
 præclareq; audire cœpit, quàm, quod alij in ther-  
 mas, colossos, pyramides, basiliscos, & insana  
 illa ædificia, quæ olim celebravit antiquitas, cõ-  
 sumpserüt, hic in diuorũ basilicas, sacras ædes,  
 templa valetudinaria, plene, proluxeq; impen-  
 disse. Tantam verò hęc religionem, tam inusi-  
 tatam, inauditamq; pietatẽ, tu ex tot principi-  
 bus vnus consopitam iam, & pene mortuã his  
 temporibus suscitasti, non modo templis Ossu-  
 næ magnificētissime ædificatis, sed noua quoq;  
 constructa academia, ad quam ex tota Bati-  
 ca, & vtraq; Hispania innumerabiles gentes,  
 & nationes tanquam ad mercaturam bonarũ  
 artium certatim conuenirent. Bello enim Gra-  
 natẽsi clarissimi maiores tui, profligatis in Bati-  
 ca mauris, cõtritis, ac domitis Christiani nomi-  
 nis hostibus, prima fidei semina in his terris, ac  
 regionibus profeminare cœperunt, quas tu ma-  
 xima tua gloria, & illorum immortalis virtu-  
 te, ac fama tenes. Sed cum Arabes, qui in di-  
 tionem nostram, ac potestatẽ venerant, nondũ



## DE ASSERENDA HIS:

fessores cōplexa fuerit. De quorum inge-  
nijs, & optimarum artium studijs, quæ  
cum summa vtilitate reipublicæ litera-  
riæ erudiendis compluti iam annos cir-  
citer decem theologiæ candidatis feli-  
citer quidem, glorioseque exercue-  
runt, nihil nunc statuam, tam  
præclarum, diuinumque iu-  
diciū, debitumq; te-  
stimonium poste-  
ritati relin-  
quens.